

<829> agosto 31, [Rialto]

Iustinianus <Particiacus>, ipato imperiale e duca della provincia di Venezia, istituisce la moglie Felicitas e la nuora Romana eredi delle tre once principali del suo patrimonio, costituito dai beni mobili ed immobili che egli ha ricevuto per successione dal padre, nonché da quanto guadagnato e acquistato in vita, riservandosi il diritto di decidere per la salvezza dell'anima la destinazione delle restanti sei once. Egli stabilisce che i monasteri di San Zaccaria e di Sant'Ilario mantengano la loro condizione di libertà e privilegio, così che nessuna prestazione pubblica sia loro richiesta, ad eccezione di quella minima dovuta al vescovo di Olivolo/Castello o alla basilica di San Giorgio, e inoltre che nessuno, vescovo o altra persona, osi esercitare alcun diritto su San Zaccaria, tanto meno la moglie o la nuora, le quali potranno solo risiedervi con i loro beni e non potranno alienare a nessuno l'eredità ricevuta se non al monastero stesso o ai poveri. Conferma le donazioni in terre, proprietà e pertinenze e in arredi liturgici già elargite da lui a San Zaccaria, nonché quelle effettuate dal padre Agnellus <Particiacus> a Sant'Ilario, aggiungendo in favore del primo monastero 1200 libbre di un investimento commerciale e in favore del secondo 160 libbre di argento e quindici case massarice. Ordina inoltre che sua moglie Felicitas faccia costruire nel territorio del monastero di San Zaccaria una basilica per accogliere il corpo di San Marco e che si completi la costruzione degli edifici di Sant'Ilario con le pietre di Jesolo e della suddetta basilica di San Marco con le pietre rimanenti e altre provenienti dalla casa di Teofilus di Torcello.

Copia semplice cartacea del XIV secolo, da copia autentica del XI secolo, da copia autentica intermedia da originale in papiro in Venezia, Archivio di Stato, San Gregorio, busta 12, Libro XIII, carte 1r-3v [B].

CE I. 53

Edizione: Lanfranchi-Strina 1965.

^a In nomine domini Dei salvatoris nostri Yhesu Christi. Imperantibus dominis nostris piissimis perpetuis augustis Michaelis et Theophilo a Deo coronatis pacificis magnis imperatoribus, Michaelio quidem maiore imperatore anno nono, Neophilo vero a Deo coronato eiusque dilecto filio anno octavodecimo, indictione septima.¹ Divine inspiracionis et providis mentis arbitrii quatenus ut ita quis suum debeat ordinare iudicium ut post fata omni terrore moto eius semper tanquam vivenus clareat et servetur voluntas. Quapropter ideo quidem ego Iustinianus imperialis hipatus et dux Venecie provincie² dum in egritudine decidissem, ambulans tamen ac sedens, mentem vero sanam et integram possidens atque consilium, considerans humane fragilitatis inprovidus hunc testamentum ac iudicium meum condidi, signarique precepi Deusdedi presbitero ubi et manus mea subter affirmavi et testes a me rogatos obtuli numero competente quo testamentum meum sicut casus iure civile nequivi ut cuique per hunc testamentum meum dederò, donavero, ligavero dari vel iussero aut fieri mandavero id ut detur fiat prestitor fidei. Vos vero Felicitate uxore mea et Romana nurem meam heredes michi instituo, heredesque meas esse volo in mea hac pro filii mei hereditatem in ternas uncias principales in integro. Id est terra, casa, aurum, argentum vel speciebus, hornamentum, laboratorios solidos [...], ferro, stramenta lectorum, hutensilia, mobilia vel immobilia seseque moventibus ex omnia que habere videor de ex successione domni et genitori meo sceu et ex ea que ego laborare vel aquirere potui. Ceteras sex uncias de omnibus que habere ut supra video in mea reservo potestatem dispensandi qualiter iuste ac secundum Deum pro medelam anime mee previdero dando manibus meis et verbo vel cui comiserò dispensando. De monasteria vero Beati Zacharie³ ac Sanctissimi Hyllarii⁴ ita volo atque

^a in testa al documento si legge il titolo Copia testamenti domini Iustiniani ducis Venetiarum pro Sancto Ylario.

precipio ut in vera libertate ac privilegio perpetualiter persistat cum omnia que in eas Deo iuvante edificavi et agregavi, curavi vel donavi aut donavero. Et nulla scusia publica aut angarias ab eis exigatur, set liceat eos vel eas sub vera deliberacione qui in eis habitare voluerit semper persistent atque permaneant et magistro regule subdatur servire sub regula, tuicione ac deffensione sicut per eorum ammonitos confirmatum habemus constituimus perpetualiter ordinatas. Illud vero parvo servitio quod pontifici nostro Olivolensis ecclesie debetur aut in basilicha Beati Georgii debetur aut in suis habentur privilegiis persolvi fecimus propter maiorem firmitatem ad novelle legum instituta servanda. Nam nullus audeat umquam ex episcopis Olivolensis vel pertinentibus aut extraneis ipso iamdicto monasterio Beati Zacharie per quo ius ingenio aut argumento dominare, aut potestatem exercere vel dominare que ego per meo servicio [...]tus sum. Set neque uxor mea neque nuri mea in eo ullam habeat potestatem, sed solummodo liceat eas ut ceteras feminas cum deliberacione in ipso iamdicto monasterio habitare cum suis omnibus rebus. Et nullam audeat de rebus suis neque Felicitas uxor mea ne Romana nurus, quas eis per hunc testamentum meum largitus sum, donare vel transportare ad nullus de suis pertinentibus vel extraneis, set solummodo tantum ad predicto monasterio aut pauperibus pro mea ac filii mei et suarum animarum medelam. Abbates vero vel abbatissa in predictas monasterias quale sibi cohors vel maior pars monasterii secundum Deum elegerit ipse scit, sicut eorum lex testatur. Breviarium enim hoc facimus de vineis vel teritoriis vel reliquis speciebus quod in ipso sanctum offerimus monasterio ut per hoc requiratur cuius cura fuerit, ne a quoquam hominum masculum vel feminam destituta fiant. In primis terras et vineas et campos que sita sunt in loco qui dicitur Prato, quod per documenti cartulas habere decernimus, id est de Grausone tribuno filius quidem Donato tribuno cato Barbalata de Equilo, per II documenti cartas de Iohanne et Laurencio germanis et tribunis filius quidem Marconi Primollo de Equilo. Detinemus per documenti cartulam de Maria et Steffana Christi famulas et germanas filia quidem Gatulo de suprascripto vico. Idem detinemus per documenti cartulam de Andrea de filio quidem Iohanaceni Cigullo de Equilo et de Dominico nepote eius et detinemus per documenti cartulam de Dulciolo tribuno Pascalico de suprascripto vico, per documenti cartulam de Vitale tribuno Pascalico, per documenti cartulam de Romana Dei ançilla cata Betegani de Equilo et de Iohania Dei ançilla filia eius et de Cezaria filia quidem Orseceno Sartarico. Detenemus per documenti cartulam de presbitero Boyso de Equilo. Tenemus per documenti cartulam [...]. De teritoria qui sunt intra fines Civitatis Nove⁵ quas donacionis cartula habere et tenere visi sumus de Agathe Christi famula filia quidem domno Mauricio magistro militi qui fuit dux Venecie,⁶ quod ei in divisione obvenit da Suria germana eius, sive terras, vineas, pratas, campos, pascuas, silvas, arboribus fructiferis et infructiferis seu casas, stabulis que nos edificare iussimus sive peculia maiores,^b minores, cum cavalis, boves, porcis quas ibidem congregavimus vel ordineo quas illuc esse vidimini [...], fero, navigia sceu lacos ubi aquimulos hedifficati fuerint una cum piscationibus et avium captionibus suis omnia et in omnibus in integrum et in complectum ubi et ubi eis pertinerint, set et vineas qui sunt in Litus Bovensis quod ei pertinuit in loco [...] qui dicitur Iuncanicus seu et vineas qui sunt in suprascriptis Litus quod ei pertinuit qui fuerunt de Lobana Cenibis Cogitane de Torcello atque et vineas quas domnus Agnelus dux⁷ genitor meus per documenti cartulam detinere visus est in suprascriptis Litus seu que in Vineia Contra visus sum habere per documenti cartulam [...]. Item vineas quas ego per documenti cartulam tenere visus sum de Dominico filio quidem Iohanni tribuno cata Marcianico de Torcello cum omnia ad se pertinente. Aquimulos autem rotas duas quas habere visus sum de Petro tribuno genero quidem Rosaly tribuno. De eo autem [...] qui sunt [...] Polense quas pertinuit Agathe Dei ancile vel quod ego per cartulam illuc acquisivi vel acquirere visus fuero. Item de ornamento suprascripti monasterii, id est crucem aurea maiore unam [...], calicem argenteos tres, pathenas argenteas tres, turabulos argenteos tres et alios turibulos ereos duos, coronas ereas viginti quinque, lucernas ereas tres, palia vero altariorum, id est staurecene [...]endato uno, pecia una circondata auro et margaritis. Hec omnia ut potuimus Deo iubante suprascripto monasterio donavimus, ceterum si voluntas amplius fuerit [...] de laboratorio solidi in

^b *sic. si legga maiores.*

predicto monasterio Beati Zacharie adiciemus per verbo oris nostris aut breve. Est enim omnis mea possessio confirmata et abbreviata cum illas iamdictas ducentas libras que in monasterio [...] cum speciebus et ornamentis et laboratoriis solidis, si salva de navigatione reversa fuerint,⁸ libras mille ducentas, de qua sexcentas reservavi dispensandum pro mea anima cuique per breve ubi vel ubi conscripsero. Et post meum quicquid remanserit obitum, comitto Felicitati fidei uxori mee et Iusto et Deusdedit presbiteris, qualiter secundum Deum previderit pro medelam mee anime dispensaret. Reliquas vero sexcentas libras cum eas duoscentas, quas in monasterio datas habemus, relinquimus uxori et nuri mee sicut supra diffinivimus. Servi vero et ancilas meas vollo ut omnes sint liberi et liberos secundum suas voluntates conscriptas. Et cui scriptas non sunt, scribantur ut liberi et liberas sint omnes. De autem portione solo terre vel case nostre ubi residere videmur, volo ita atque precipio ut omnibus diebus vite sue Felicitas uxor mea et Romana nurus mea in suas habeant potestates tenendum et dominandum vel ordinandum qualiter previderint. Et post eorum obitum, dentur pro remedium anime mee. Sicut enim Romana nurus mea ab eo anno quod vidua remansit omnia que de suis habuit parentibus in suam habeat potestatem sicut et Felicitas uxor mea in suam habeat potestatem omnem suum ornamentum que de suis habuit parentibus vel que ego ei facere largire visus sum. De eo autem monasterio Sancti Illarii ita volo atque precipio, si ista ordinacio que nunc facta est Deusdedit presbitero stabilita fuerint, volo ut centum sexaginta libras argenti in ipso detur monasterio, terras et silvas quas antea gloriosus dux Angelus genitor meus quando de ecclesia Sancti Servuli ipsum transmutavit monasterium cum prefata ecclesia Servuli ibi perpetualiter dereliquit et prenomatas terras et silvas cum suis circondatis lateribus.⁹ Quod est primo latere a fluvio qui dicitur Clarino descendente in fluvio qui dicitur Gambararia et inde descendente in fossa qui dicitur Ruga et inde descendente in kanale [...] de loco qui vocatur Luva percurrente in canale de Sceuco usque in aquis salsis, alio vero latere da preffato loco Clarino descendente in Finalibus qui dicitur Aurilia et inde perveniente per canale qui dicitur Avisia perexiente in fluvio Une super quo preffato monasterio edificatum esse videtur sicut ipse constituit, ita ego confirmo perpetualiter habendum.¹⁰ Et insuper volo et concedo ut sit in ipso monasterio iamdicto Beati Illarii pro remedium anime mee de rebus proprietatis mee quod habere et ad meis manibus detinere visus sum prope se invicem choherente quod sunt inter totum massaricias quindecim. Primo loco fundo qui dicitur Bursino cum casis, curtis, ortis, vineis, teris, silvis et pascuis ad se pertinentibus prope loco qui dicitur Stornapetra. Secundo loco qui dicitur Cautana cum casis, curtis, ortis, terris, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Tercio loco qui vocatur Storpetho, capite firmante in Cautenella cum casis, curtis, ortis, terris, vineis, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Quarto loco qui dicitur Telido iuxta latere pluvega qui dicitur Vulpino cum cassis, curtis, ortis, terris, vineis, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Quinto loco qui dicitur Mamoniga ibi da alio latere Vulpino cum casis, curtis, ortis, terris, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Sexto loco qui dicitur Tarvisiana cum casis, curtis, ortis, terris, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Septimo loco dicitur Zopeto cum casis, ortis, curtis, terris, vineis, silvis et pascuis ad se pertinentibus. Hec prenomatis locis cum suis terminibus hac circunda in lateribus, hoc est [...] ab uno laterio qui dicitur Cleusca, alio latere pluvega qui dicitur Mamoniga, tercio latere pluvega qui dicitur Tarvisiana, quarto latere Plonca percurrente. Ad fratrum utditates^c pro remedium anime [...]e[...]erit ipsa ordinacio. Sexaginta argenti libras habeat Deusdedit et Dominici presbiteris, cum quibus aut in monasterio aut ubi sibi placuerint vadant aut disperciant. Cetera C libras disperciant Felicitas [...]co presbiteris per anima mea. Nam res illas superius nominatas volo ut in suprascripto monasterio perpetualiter maneant, que supradicta res posita esse videntur e in comitatu Tarvisiano.¹¹ De corpus vero beati Mar[...]ti uxori mee ut edificent basilicam ad suum honorem¹² infra territorio Sancti Zacharie [...]. Iustus vero presbiter fidelis michi et populi in omnibus volo ut habeat de mea causa pro suo recto servicio argenti libras L [...] quos ego fieri precepi in eius sint potestates. De petra que habemus in Equilo compleatur edificia monasterii Sancti Illarii. Quicquid exinde remanserit de lapidibus et quicquid circa hanc [...]e[...] iacet et de casa Theophilato de Torcello edificetur basilica Beati Marci Evangeliste, sicut supra imperavimus. Hec omnia ut potuimus secundum qualitatem nostram ordinare

^c Sic. Si legga utilitates.

decrevimus ut stabile perma[...] de proximis vel extraneis post meum advenerit obitum et hunc testamentum meum infringere vel deminuare voluerit, partem habeat cum Iuda illi traditore domini nostri Yhesu Christi et sententia pa[...]ssimo octavo psalmo legitur et lepra Naaman Siri incurat super eo. + [...] Deusdedit presbiter in mense et indicione super suprascripta septima. + Ego Iustinianus imperialis ipatus et humilis dux provincie Ve[...]iecia i[...]um in[...]mentum [...]el[...]ss[...]ve nostra conscriptum in omnibus sicut superius legitur nobis placuit per vera firmitatem manu mea subscripsi. + Iohannes in hunc testamentum ex voluntate domno Iustiniano ipato manu mea subscripsi. + Carosus tribunus in hunc [...] ex precepto domni Iustiniani ipati manu mea subscripsi.¹³ + Ursus episcopus Sancte Olivolensis ecclesie¹⁴ in hunc testamento per voluntatem domnum Iustiniano ipato manu subscripsi. + Iustus humilis presbiter in hunc testamento ex precepto domni Iusti[...]iani [...]. + Basilius trib[...] in [...]sta[...]tum ex precepto domno Iusti[...]ano ipato manu mea subscripsi. + Signum manus Iohanaci tribuno testis cui et relectum est. + Iohanaci. Id est Iohannes senator et germanus domni Iustiniani ipati ex precepto [...].¹⁵ + Ego Deusdedi peccator presbiter et monachus scripsi et subscripsi et post roboracionem testium complevi et absolvi. Ursus episcopus Sancte Olivolensis ecclesie. Carosus tribunus filius Boniço tribuno et primato. Blasius tribunus cata Trazamundo. [...] I[...]hanaci tribu[...]no [...]na[...] domni [...] ipati [...]. Iohanaci tribuno filius Dominico tribuno.¹⁶ Et Faraldo ista exempla de ipso iummo vetere nec ampliavi nec minui de quantum in eo discerni et recognov[...].¹⁷ Ego Dominicus presbiter Mengoni et notarius ista exempla complevi et roboravi in mense iunio, percurrente indicione prima.

NOTE STORICHE

¹ La datazione del documento è assai incerta. Si veda CARILE 2011, pp. 681-683. Per i sistemi di datazione dei documenti veneziani più antichi si veda POZZA 2003. Per una panoramica sui testamenti veneziani si consulti la sintesi di BONNINI 2005. Il testamento è analizzato in relazione a quello del vescovo Orso Particiaco da Daniela Rando in RANDO 1994, pp. 54-60. Entrambi sono poi messi a confronto con i testamenti dello stesso periodo dell'area del regno italico da Stefano Gasparri in GASPARRI 2005.

² Sul duca Giustiniano Particiaco si veda documento Venezia 2 e nota 3. Nei documenti più antichi i dogi si definiscono con il titolo di dux seguito dall'indicazione del paese o del popolo di cui sono a capo, talvolta accompagnato da titoli onorifici bizantini, come quello di ipato, ovvero console. Sulle intitolazioni ducali si vedano i classici LAZZARINI 1969a e RAVEGNANI 1992, pp. 838-846.

³ Il monastero benedettino femminile di San Zaccaria fu una delle istituzioni monastiche più antiche del territorio lagunare. Si veda SPINELLI 1987 e POZZA 1998. Esso risulta titolare sin da epoca antica di consistenti proprietà a Monselice, in provincia di Padova, e a Ronco all'Adige in provincia di Verona, nonché nella Saccisica e nel trevigiano storico. Si vedano TASINI 2009, pp. xii-xiv e documenti Venezia 8, 9 e 16. Il monastero possiede inoltre specchi d'acqua e paludi nella laguna di Venezia (documento Venezia 30).

⁴ Sul monastero di Sant'Ilario si veda documento Venezia 2 e nota 6.

⁵ I territori di Cittanova Eracleana erano stati oggetto nell'VIII secolo, e precisamente al tempo del re longobardo Liutprando, della nota terminatio, ovvero confinazione, tra Venezia e il regno, resasi necessaria a causa della distruzione della città di Oderzo e della spartizione del territorio opitergino che ne scaturì. Sulla confinazione di Liutprando si veda GASPARRI 2011. L'area di frontiera all'interno della quale il territorio di Cittanova Eracleana si collocava provocò negli anni a venire controversie tra il duca di Venezia e i confinanti regnicoli, tra cui in particolare il vescovo di Belluno Giovanni II. Si vedano per tali controversie documenti Veneto 13, 15, 16 e 17.

⁶ Si tratterebbe del duca Maurizio Galbaio (764-787), qui definito con la designazione bizantina di magister militum. Sulle intitolazioni dei duchi si veda più sopra nota 2. Sulla organizzazione politica e istituzionale nell'Italia esarcale e sui magistri militum, con riferimenti a Venezia, si veda BORRI 2005 e da ultimo COSENTINO 2008, pp. 135-141.

⁷ Sul duca Agnello Particiaco si veda documento Venezia 2 e nota 3.

⁸ Il passo fa intravedere la realtà mercantile della società veneziana, sulla cui natura e portata in questa epoca antica la documentazione scritta è però piuttosto scarsa. Sulla questione del dinamismo commerciale di Venezia tra VIII e IX secolo si veda GASPARRI 1992a.

⁹ Si tratta del privilegio dell'819 maggio, in seguito al quale i monaci di San Servolo si trasferiscono in terraferma su beni e proprietà del duca. (documento Venezia 2)

¹⁰ Sulla ubicazione di questo territorio si veda documento Venezia 2 e note 6 e 8.

¹¹ Le 15 case massarice donate a Sant'Ilario, allora site nel territorio di Treviso, erano sparse in diverse località, oggi non più identificabili. Ancora all'inizio del XX secolo lo studioso Giuseppe Marzemin le ubicava nell'allora distretto di Mira in provincia di Venezia. Si veda MARZEMIN 1912, pp. 103-104. Detti beni sarebbero stati confermati al monastero da Lotario e Carlo il Grosso negli anni 839 e 883 tramite due privilegi sulla cui genuinità tuttavia sussistono non pochi dubbi. Si veda CESSI 1921 e da ultimo SOPRACASA 2004.

¹² È questa la prima menzione documentaria della erigenda basilica di San Marco. Sulla sua condizione di cappella palatina si veda documento Venezia 25 e nota 6. Sulle reliquie di San Marco e sul significato politico del loro trafugamento e trasporto a Venezia si vedano LORENZONI 1992, pp. 880-882 e DENNING ZETTLER-ZETTLER 1996.

¹³ Il tribuno Caroso, che sottoscrive il testamento, sarebbe da identificare con quel tribuno Caroso che Giovanni Diacono racconta essersi impadronito del potere per pochi mesi all'epoca della successione tra Giustiniano Particiaco e il di lui fratello Giovanni. Su questo episodio si veda ORTALLI 1992, pp. 725-779. Più sotto nella notizia testium egli è identificato quale figlio di Bonizo che è detto tribuno e primato. Alcuni storici ritengono sia possibile ipotizzare una sorta di distinzione tra i tribuni, esponenti di una aristocrazia terriera di antica origine che va via via scomparendo nel IX secolo, e i primati, membri invece di una élite di recente formazione, nata in seguito all'accentramento del potere ducale nella nuova sede di Rialto. CASTAGNETTI 1992a, p. 25. Naturalmente, come dimostra la doppia qualifica di Bonizo, ogni rigida schematizzazione è per il periodo altomedievale assai problematica. Sui tribuni si veda nota 16 sottostante. Sui primati si veda documento Venezia 7 note 3 e 9.

¹⁴ Si tratta del vescovo di Olivolo Orso Particiaco. Nella documentazione notarile anteriore al mille egli, oltre a sottoscrivere il presente atto, redige nell'853 febbraio il suo testamento (Venezia 5). Su di lui si veda in particolare la nota 2.

¹⁵ Si tratta del duca Giovanni I Particiaco (829-836), figlio di Agnello Particiaco e fratello di Giustiniano. Sull'età dei Particiaci a Venezia si veda ORTALLI 1992, pp. 732-736. Su Giovanni I Particiaco e sul titolo di senator, che secondo alcuni sarebbe una corruzione di senior, si veda BERTO 2014, pp. 388.

¹⁶ Nel documento sottoscrivono in tutto tre tribuni, i cui nomi sono ripetuti nella notizia testium, mentre altri sono citati nel corpo del testo, essendo tra gli individui che cedono varie proprietà al doge, il quale a sua volta le dà al monastero di San Zaccaria. Sul ceto tribunizio si veda documento Venezia 2 e nota 10.

¹⁷ Non essendo un ecclesiastico, è probabile che Faroaldo non appartenesse alla tradizione notarile veneziana. Egli copia il testamento originale in papiro (iummo/tummo) nel IX secolo. Prima del mille nei documenti rogati a Rialto sono attestati, oltre a Faroaldo, altri due notai forestieri, ovvero Giorgio e Valerio. Si vedano i documenti Venezia 11 e 20. Sul notariato a Venezia si veda BARTOLI LANGELI 1992, pp. 847-864.